miſceri. cum videlicet ꝑncipantes ſunt ſimul diuites
qd̄ eſt olygarchicum. ⁊ pauperes qd̄ eſt democraticū
ad defenſionem patrie. qn̄ talis mixtio declinat ma
gis ad democrachiā in qua ꝑualet multitudo: a qua
quidem huius nomen polytie ſumit̄/ut pauloante au
diſti. tunc ſpecialiter dicta polytia uocatur. qn̄ v̄o ad
olygarchiā declinat magis cū in diuitibus nobilitas
ac virtutis diſciplina magis ſoleat inueniri. tunc mix
tio talis ariſtocrachia uocat̄. denominatio enim ſem
per a nobiliori fieri ſolet. Contingit inſuper in poly
tia predicta nō ſolum diuitum qd̄ olygarchicuz eſt: ⁊
pauperum qd̄ democraticum: ſed etiam virtuoſoruz
qd̄ ariſtocraticum eſſe liquet. ut ſic ex tribus confecta
ſit polytijs ueluti ex duabus precedens. tunc inquam
polytia talis ut a nobiliori ⁊ magis proprie ꝙ imme
diate dicta etiam ariſtocrachia nūcupatur. D. Si be
ne attendi huius polytie ſm partem dicte tres auer
ti modos. Quorum primus polytia dictus eſt. Se
cundus v̄o ariſtocrachia. Tertius autem adhuc pro
prie magis ariſtocrachia. P. Que dicis approbo. re
De democrachia ⁊ eius modis. ſtat democrachie modos que hui⁹ polytie corruptio
eſt aperire hi⁹ tibi ſupra diſſerui omnis rationez. D.
Proſequere. P. Primus democrachie modus eſt
quando inſignes ad principatum aſſumuntur quod
olygarchicum videtur: ſed democraticū eſt eo ꝙ bre
ui principantur tempore. Non enim diu populares
inſignibus ſubijci patiuntur. idem populares ad ꝑn
cipatum dummodo diuites fiant conſcendunt. Secū
dus eſt quando omnes ciues ſiue inſignes ſiue popu
lares principantur: dum tamen corrigibiles exiſtant
ut ualeant videlicet ratione uti recta aut ſua quidem
ſiue aliorum/non ita ꝙ ſm proprium deſpotiçent ar
bitrium: ſed ſm legem. Democrachie autem modus
hic cum ariſtocrachia commune aliquid habet/eo ꝙ
dirigibiles per legem aut rationem propriaz uel alio
rum requirit: ſicut cum olygarchia precedēs preemi
nentes requirēs. Tertius autem modus eſt ſm quez
omnes ad principatum aſſumi poſſunt: dummodo ci
ues exiſtant: ſm legem tamen principantes. Modus
autem hic pure democraticus eſt/eo ꝙ preeminenti
am aliquā non requirit ſed rectitudinem habet quā
dam eo ꝙ lege regatur. Quartus modus a preceden
ti non differt niſi in hoc ꝙ ſm legem dominari multi
tudo non patitur ſed ſm arbitrium. hic autē modus
pure democraticus eſt ſed nō rectus. Et aduerte qm̄
ſicut regni corruptio tyrannis eſt: ariſtocrachie v̄o
olygarchia: ſic hi⁹ ſm partem dicte polytie demo
crachia que libertatem potius intēdit ueluti in popu
laribus contingere ſolet qui diuitibus ⁊ potentibus
ſubeſſe renuunt reipublice utilitate neglecta. ſic itaq3
olygarchie terminus diuitie ſunt. tyrānidis v̄o utili
tas ꝓpria: ſic democrachie libertas terminus eſt. re
De corruptionibus polytiarum quas prudens vitat, ⁊ de his quae in ciuitate ordinat. ctarum polytiarū he tres corruptiones exiſtūt/quas
polyticus ſm prudentiam agens deuitat/rectis intē
dens polytijs ⁊ his que polytias ſaluant/omnia vide
licet ſollicite cauens timēda/ac ne principatus ad lu
crum inſtituatur/atq3 que principem habere oportet
conſiderans in magno conſtitutum principatu: princi
pem enim amare conuenit polytiaz/ac eſſe ad magna
perficienda potentem ⁊ ſtudioſum circa virtutē exi
ſtere. prudenter inſuper aduertit ſeditiōis cauſas per
quas recte polytie in earum tranſmutātur corruptio
nes. quarum vna honor eſt uel dehonoratio ſeu ſui
ſeu amicorum. Altera v̄o lucrum uel damnum ſimili
ter ſiue in ſe uel in amicis. Amor enim honoris ac ti
mor dehonorationis: ſic ⁊ lucri ⁊ dāni ſeditiōes mo
uent. q2 alij iuſte. alij v̄o iniuſte. plus de lucro uel ho
nore habēt. ſic ⁊ deſpectio: cū quis in ciuitate deſpi

UVA. BHSC. IyR_143_4

citur ſeditionis exiſtit cauſa.uel alterius excreſcētia.
cum ſupra ſiue dignitatis proportionem quis in ciui-
tate excreſcit.uel cum vni plura ꝙ alteri impēdūtur.
Timor etiaꝫ futuri mali ac preſens iniurie irrogatio
ſeditioneꝫ facere ſolet.prouidet inſuper ne demago-
gi.i.multitudinis ductores qui ⁊ oratores dicuntur/
adulantes populo contra diuites plebem cōcitent ac
nobiles ⁊ olygarchiam in democrachiam permutēt.
tumultum etenim prudēs polyticus ſedare nouit po
puli.raro ſiquidem ipſum conueniri permittit.nec an
nonā ei deficere communes etiam ciuitatis prouen-
tus mendico diſtribuit vulgo. populiqꝫ negociatio-
nes liberas eſſe ſatagit.Alia inſuper his ſimilia pru
dentia coniectat polytica/⁊ ad ciuitatis complemen-
De alijs pru dētie ꝑtibus
tum in ipſa agricolas ⁊ artifices ac mercatores nec-
non milites ⁊ iudices ac ſacerdotes ordinans ſingu
las leges ſingulis imponit. Leges eni poſitiua eſt ar
chitectorica.quare ⁊ pricipis virtuſ propria ſola eſt
preceptiua ſiquidem eſt. Actus etenim inter ſe or-
dinati ſunt.ſ.recte de agibilibus conſiliati de his que
ad finem ſunt/videlicet ad humane anime bonuꝫ qđ
eſt ſm rationem eſſe:⁊ hic eubulie eſt/⁊ de inuentis
conſilio iudicare recte inter agibilia per hominē ſm
communes regulas qui actus ſineſiſ eſt.aut preter re
gulas cōeſ:ſed ſm priuatas:puta depoſitū gladiū im
pugnatori patrie nō reddēdum eſſe.qui ꝗdem actus
ad gnomin ꝑtinet que iudicij perſpicacitatem ſonat.
Principalis aūt prudētie actus ad quem ꝯſilium ⁊ iu
diciuꝫ ordinant̄ eſt ꝑcipere de ꝯſilio inuētis ⁊ iudica
tis ut oꝑe fiant.Uñ ⁊ ꝓceptiua dicta eſt:⁊ eidē leges
ponere ſeu ꝯdere ꝯceſſuꝫ intelligas:ac de his que ad
De corruptione prudētie
finē ſunt diſponere.D. De prudētia ſubtilia edidiſti.
de corruptione ipſius breui explices ſermone.P. In
temꝑantie dilectio extimationis prudētie corruptio
eſt.extimationē prudentie non ipſam accipias prudē
tiam ſed prudētie dictamen ad operandum. Eſt aūt
dictamen hiꝰ primo ꝗdem in ꝓpoſitiōe maiori:puta
fornicādum nō eſſe/qđ eſt in uli ſcire:deinde in mino-
ri qđ eſt in ꝑticulari ſcire:puta mulieri huic cōmiſce-
ri eſt fornicari:⁊ ultimo in ꝯcluſione qđ in agere ſcire
eſt qñ videlicet de faciendo uel nō de faciendo ſniat̄.
Intemꝑantie igitur delectatio prudētie quideꝫ habi
tum nō corrūpit:ſed dictamen ipſiꝰ nō in maiori qui
dem ꝓpoſitione. Scit eniꝫ in uli hoc non faciendum
eſſe. In minori ex parte corrumpit.ꝓponit enim par
ticulare ſimplr nō ſm ꝙ ſub uli ꝯcluditur:puta ꝙ mu
lier pulchra eſt.⁊ ideo totaliter dictamen hiꝰ in ꝯclu-
ſione corrūpitur.⁊ cecat̄ ratio practica ex minori ſim
pliciter ꝓpoſita. Uirtus enim ulis ꝓpoſitionis in cō
cluſionem nō uenit in minori ex ꝑte corrupta. Unde
intemꝑatuſ ſentētiat in ꝯtrariuꝫ.puta cū muliere pul
chra fornicāduꝫ eſſe.Delectatiōes eni ſm tactum cir-
ca quas tēperantia eſt ſimplr delectationes ſunt.iōqꝫ
An euſtochia ⁊ ſolertia ⁊ deinotica ſpectent ad prudentiam.
maxime extimationem corrūpunt prudentie.D. Ut
de prudētia finem facias hoc ſolū aperi ſi ad eam ſpe
ctat euſtochia ac ſolertia ⁊ deinotica.per haſ eniꝫ ap
prehēſio aliqua fieri videtur.P. Euſtochia ꝯiectura
tio eſt ſine ratione ⁊ cita de quibuſcūqꝫ ſiue ꝯtempla
bilia ſint ſiue agibilia.ꝗre ab eubulia differt que tm̄
circa agibilia verſatur cuꝫ inquiſitione conſilij quod
tarditatem annexam habet. iuxta prouerbium anti-
quum.conſiliata cito operari oportet/conſiliari autē
tarde. Solertia ſub euſtochia continetur.eo ꝙ faci-
lis ⁊ cita inuentio medij eſt in demōſtrabilibus.Eu-
ſtochia autem ad operabilia etiam ſe extendit. acce-
ptio enim uelox eſt ſignorum quoruncunqꝫ ad conie
cturandum. Si autem ſumatur pro euſtochia/ſic ſo-
lertia habitus dicitur cito inueniens qđ cōuenit.ſicqꝫ
prudentie cognata eſt.deinotica habilitas naturalis
quedam eſt ad prudentiam que ⁊ naturalis induſtria
dici poteſt.deinos enim induſtrios dicimus:per hanc
quidem deinoticus vias inuenire poteſt ad fineꝫ ſiue
in bonis aut etiam in malis conſequendum.⁊ in bo-
nis quidem perficiens prudētie habitus eſt:in malis
vō prudentie corruptio eſt aſtutia dicta. D. Ut ad-
uerto euſtochia quoddā ſuperius eſt.Euſtochia enī
coniecturatio quedam eſt circa contemplabilia ⁊ agi
bilia:eubulia vō circa agibilia ſolum. Solertia autē
circa inuentionem medij in demōſtrabilibus tm̄. dei
notica circa operabilia ſoluꝫ humana. Euſtochia ad
omnia que per cōiecturas haberi poſſunt ſe extēdit.
P. Si proprie ſumantur recte intelligis ambitū tum
euſtochie quantum ad materiam circa quam eſt eſſe
perpendas. Prudentie enim partes integrales euſto
chiam ⁊ ſolertiam eſſe conſtat.cuꝫ ad prudentie actū
perfectum neceſſe ſit illas concurrere. Eubuliam vō
⁊ gnomin eiuſdem potentiales parteſ. Adiuncte enī
ſunt prudentie non habētes totam ipſius ut puta ꝑn
cipaliſ virtutis potētiā ad aliquoſ ſcđarios ordinate
actus. Ad ꝑcipere enim tanꝙ actum ꝑncipaliorē ꝯſi
liari ⁊ iudicare uelut actꝰ ſcđarios ordinati ſunt. Dei-
notica vō ad prudētiam nālis eſt diſpoſitio in bonis
in malis aūt ad prudētie corruptioneꝫ. ꝑncipalis eſt
virtus quelibet ut tēperātia ⁊ fortitudo hitatē hēt
nālem ad ipſam ſm hitum ꝑfectam quēadmodū ad
prudētiā deinoticā. D. Iā ad alium ꝓgrediariſ hituꝫ
De arte ⁊ eꝰ diffinitione.
apprehenſiuum. P. Reſtat de arte aliꝗd dicē.que ſicut
hitꝰ ſpeclatiui circa ſcibilia ⁊ prudētia circa agibilia/
ſic eſt ipa circa factibilia. Scire eni qđdā pati eſt.age
re aūt eſt ꝑncipiorꝫ ſeꝑatorꝫ que ſub ſui trāſmutatio
ne oꝑant̄.facere aūt cum motu oꝑantiſ eſt.iōqꝫ actio
in oꝑibꝰ que aīe ſūt tm̄:factio in oꝑibus artis que cir
ca mām ſunt extrinſecā ꝯſiſtit. Eſt itaqꝫ ars rō recta
factibiliū ſicut agibilium prudētia.⁊ ſcibiliū hituſ cō
templatiui:intells videlicet ⁊ ſcia ⁊ ſapia.mēſura ſūt
enim ſcibiliū ⁊ regula:puta matheca docēs ꝓpria ſci
bilia ſm rōnem abſtracta eē nō ſm eē.qui aūt ſm eē
abſtraxit ſuꝑabūdat a recta recedēs rōne:⁊ ꝗ ſm rō
nem nō abſtraxerit deficit. Geometer etiā ſuadēs de
ficit.⁊ rhetor demōſtrās abūdat. Ars eni hituſ facti
uus eſt cū rōne.uel ut meliꝰ inꝗt Tullius. ꝑncipiorꝫ
collectio ad vnum finē tēdētium. Edificator eni ꝑna
directiua oꝑis hēt penes ſe.per que ad opus ꝓcedit
artis in mā exteriori exꝑſſum.⁊ vide ꝙ diffinitio ar-
tis magis ꝑficit in oꝑis rōne ꝙ in oꝑe ipſo.iōqꝫ artē
dixit collectionē ꝑncipiorꝫ eē. ꝑna eni hiꝰ rōnes ſunt
oꝑum.⁊ oꝑis rō eēntialior arti eſt ꝙ opus ipm qđ an
cillarit̄ arti deſeruit.ſicut artis medicine practicuꝫ in
oꝑe nō ꝯſiſtit exteriori.ſed in rōniſ oꝑis notitia. ꝑne
eni ſeu rōnes oꝑabiliū accipit practicus.ſm ꝙ reſpe-
ctu oꝑum accipiunt̄ ule ad ꝑticulare applicando.que
Quō principia ꝑma ad intellm ⁊ ſciaꝫ ⁊ artē ꝑtineāt diuerſimode.
ꝗdem ꝑna ſeu rōnes oꝑabiliū ſpeclatiuus in uli ſolū
accipit. D. Putabā ꝑna ad intellm ſolū nō ad artem
ſpectare. P. Principia per ſe accepta in ſimplicitate
ſua ad intellꝫ ꝑtinēt que ad ꝯnē ordinata iā ꝓpōnes
ſillisunt ad ſcientiaꝫ pertinētia:ſed ad opus ordinata
rōnē hñt regule ⁊ ſpectāt ad artem. Ulterius potes
Quō ars imitat̄ nām.
aduertē qualr antiquorꝫ dictum ſit uerū ꝙ ars imita
tur nām.ſicut eniꝫ nā per determinata ꝓcedit media
ſeu ꝑna ad finē determinatum.ſic ⁊ ars.iōqꝫ ars ma-
nualis que ad modum ignis cōburētis oꝑat̄ quoniaꝫ
ſine ratione eſt oꝑis aut medijs ſeu principijs ꝓfatis.

UVA. BHSC. IyR_143_4

ſm artis perfectam artiſ rōnem ars nō eſt:ſed id qđ
ancillariter arti deſeruit.ꝙ ars eſt circa cōtingentia.
⁊ quō opus artis ⁊ op⁹ nāe cōmiſcent. In noſtro in
ſuper rōnatiuo cōſiſtit circa ea que contingentia ſunt
exiſtens.artificiatoꝝ enim principiuʒ in faciente eſt.
nō in factis queadmodum nālia.hoꝝ enim ꝑncipiuʒ
intereſt. Artificialium ꝟo extra.uerū in aliquo cōtin
git ope artis actus ⁊ nāe cōcurrere/ſed act⁹ artis ꝑn
cipalis eſt cui nature actus ut inſtrm̄ adiungitur.cuʒ
eniʒ ſm artem clibanariam paniſ fit:panis poſitio in
caloris loco actus eſt actus artis pricipalis ⁊ aliꝫ hic
actus ſimiles.cōmixtio autem farine ⁊ aque ad com
maſſationem q̄dam ⁊ calefactio actus ſunt nāe iſtru
mentales/ad artis clinabarie opus.in omni enim ar-
tis ope artiſ actus principalis eſt ac regulariſ. In nāe
ꝟo ope nāe actus ꝑncipalis ac regularis eſt:lʒ aliqn̄
artis actus ut coadiuuās ei annectat:puta in agricul
tura ubi nāe opus principale eſt.lʒ ad fructum terre
aratio ⁊ hī⁹ coadiuuet. Unde ⁊ aſtrologuſ inquit.ar
tem iuuare effectum celeſtē:queadmodum arationē
terram ad fructificandum. Ars enim cum corpus ad
cōtrarium diſponit ipedit.cum ꝟo ad idem coadiu-
uat. Eſt aūt habitus arti cōtrarius factiuus cum rō-
ne falſa. Ponit enim ꝑncipia falſa ex q̄bus inordina
tum ſequit opus:eſtq; cum ignorātia diſpōniſ dicta.
dictuſq; eſt habitus talis a rechina.i.ſine arte.eſt eni
grece rechina latine dictum ars. Eſt inſuper ars com
muniter dicta ſcia ōis ad opus artans ꝓprium. ſiue
ſpeculationis ſit ut ſpeculatiui hitus ſunt.ſiue actio-
nis ut prudētia/ſiue factionis ut ars ꝓprie dicta que
eſt ratio dirigēſ in ope qđ circa factibilia eſt.ſicqʒ ac
cepta de ſolis mechanicis dicta eſt.que ⁊ ſeptimem-
brem recipit ſectionem. Alia enim uocata eſt lanifici
um ſiue ueſtitiua.que ōia continet que ex lana ⁊ lino
pelle ⁊ pilis ⁊ aliꝫs hī⁹ fiunt. Alia ꝟo armatura que
inſtrā facit bellica ⁊ nautica. Ad hāc autem ꝑtinet la
pidum lignoꝝ ⁊ metalloruʒ mā.ſed hec in duas ſecta
tur partes in artertonicam.ſ.cuiuſ ꝑtes ſunt cementa
ria ⁊ carpentaria.⁊ fabrileʒ:cuius partes ſunt malea
toria/fuſoria ⁊ ſculptoria ⁊ hī⁹. Alia autē nauigatio
uel mercatura/⁊ hec tam in emendis mercibus ꝙ uē
dendis negociationem oēm cōtinet. Treſ aūt he ad
corporale bonum extrinſecum ſpectant. Alia ꝟo eſt
agricultura que in colēdis agriſ nemoribus paſcuis
⁊ hortis cōſiſtit. Alia ꝟo uenatio ſeu cibatiua eſt.cu-
ius eſt ciboꝝ apparatus ac potuum/piſtoꝝ officium/
⁊ carnificuʒ coquoꝝ ⁊ cauponū. Alia medicina que
infirmitatis ac ſanitatis cauſaſ conſiderat:puta aeris
diſpōneʒ:motum uel quietem ⁊ hī⁹ oꝑatiōes etiā in
ſpicit puta potiones emplaſtra vnguēta cyrurgica ⁊
talia queqʒ. Alia aūt theatrica eſt que ſcia eſt ludoꝝ
ſm eutrapeliam a theatro ſic dicta.ubi populus con-
ueniebat ad ludos. He aūt quatuor ad bonum corpo
rale intriſecū ordinate ſunt.hec aūt de arte tibi dicta
ſufficiāt. ¶ D. Hec luculent̄ diſerta ſunt.queſo ut ad
apprehēſionem que per habitus fit infuſos tranſeaſ.
P. Placet ⁊ a fide exordiū ſumam⁹.ſed hoc accipe
preambulum/⁊ gradus quoſdā per quos ad fidē cō-
ſcēditur. Eſt eni dubitatio que eſt rōnis motus inde
terminatus ſup utrāq; partem ꝯdictionis. Eſt ⁊ am-
biguitaſ eiuſdem rōnis motus ambiens utranq; par
tem ꝯdictionis per eq̄lia media. Eſt ⁊ ſuſpitio acce-
ptio vnius partis ex aliquo leui ſigno. Eſt opio que
acceptio eſt vnius partis nō ex ſigno leui ſed rōne ꝓ-
babili cum formidine alterius:ita tn̄ ꝙ ad illā quam
formidat nō hētur ratio expreſſa.formidat tn̄ ꝓpter

Q ars ē cir ca ꝯtingētia. ⁊ quō op⁹ ar tis ⁊ op⁹ nāe cōmiſcentur.

Debitū ꝯtra rio arti ⁊ de ꝑtibus artis.

Octaua ps ⁊ ē de apphēſi one que fit ꝑ hit⁹ infuſos. De fide ⁊ pri mo de q̄buſ dā actib⁹ aīe.

debilitatem rōnis alterius ꝑtis quam accipit ſeu cui
adheret. Eſt aūt fides ꝑfecta ſuaſio vni⁹ ꝑtis ꝑ mlta
probabilia.nō aūt hec fides eſt illa quā nō querim⁹.
Hec enim fideſ ꝓbabilibus ⁊ humano itellectui a pa
rentibus innitit.quā aūt querimus prime ueritati il-
la acquirit.ſed hic infundit a diuina luce/que ⁊ ſcien
tia certior eſt/que humane innitit rōni ſed fides diui
ne. Eſt aūt altera fides infra ſciam qm̄ ſcia eoruʒ eſt
que per cām cognoſcimus.⁊ qm̄ ipoſē eſt aliter ſe ha
bere.fides aūt hec coꝝ eſt que ꝓbabile eſt tm̄ nō ali
ter ſe hēe. Hec itaq; fides humana eſt que infra ſciam
eſt.illa aūt que ſupra ſciam eſt de qua ad pn̄s intendi
mus diuina eſt. D. Uellem ut premiſſos gradus lati⁹
explicares/⁊ qualiter fides hec infuſa de qua intendi
mus certior ſit ſcia. P. Ad hoc ꝑintelligas ꝙ in oꝑa
tione intellectus humani/qua ſimplices rerum cōpre
hendit q̄ditates/que quideʒ formatio ſeu ſimplex uo
catur intelligētia.cui uox rn̄det incōplexa talē ſignifi
cans cōceptionem.nec enunciatio eſt nec ueritas uel
falſitas nec cōſenſus per ꝯn̄s/ nec diſſenſus ipſius in
tellectus:⁊ ideo fides in hac prima intellectus oꝑa-
tione nō inuenit.cuius eſt aſſentire. In ſcđa itaq; itel-
lectus oꝑatione ſm quā intellectus enunciādo cōpo
nit ſbm̄ cum predicato.aut diuidit alterum ab altero
ueritas inuenit ⁊ falſitas ⁊ per ꝯn̄s aſſenſus ⁊ diſſen
ſus.⁊ qm̄ in oꝑatione hac ſcđa intellectus aſſentit cū
enunciatio cōceditur cum negat uel diſſentit/ in ea fi
des inuenit que creditis aſſentit. Unde etiam hic in
tellectus ſcđa oꝑatio a q̄buſdam fides dicta eſt. In fi
de igitur aſſenſum quēdam auertis intellectus.auer
te etiam alterū.ſ.ipſius intellectus determinationeʒ.
Qui aliqn̄ ex ſola intelligibilis rei pn̄tia determinat
queadmodum ex forme pn̄tia mā.⁊ ex rei ſenſibilis
preſentia iudicium ſenſus.ut in ꝑncipijs patet per ſe
notis que ſtatim lumine intellectus agētis intelligibi
lia fiunt quoꝝ principioꝝ notitia viſio dr̄. Aliqn̄ ꝟo
idem intellectus ex rōne determinat que ad ipm̄ ter
minat intellectum.dū ꝯcluſiones in ꝑncipia reſoluit
per ſe nota.⁊ earum efficit certitudinem.⁊ hic eſt ſci-
entie aſſenſus. Aliqn̄ aūt idem intellectus ex uolūta
te determinat que intellectum mouet ad aliq̄d q̄dem
qđ nec per ſeipſum notū eſt.nec ad per ſe notū reſol-
uit pōt.ſed ex hoc ſolo ipſa determinat intellectum.
qr dignum putat illi adherēdum fore ꝓpter rōnem
aliquam qua bonū ei videt illi adherere rei.lʒ rō illa
nō ſufficiēter intellectū determinet ꝓpter ipſius intel
lectus ibecillitatē cui per ſe notū non eſt id cui adhe-
ret ex ſolo uolūtatis impio/ nec ad per ſe notuʒ reſol
uere pōt.ratio aūt illa intellectuʒ inſufficienter deter
minans ꝑma ueritas eſt/ſiue deus per ſcripturas ſeu
per inſpirationem intellectū inſtruens:determinabit
aūt ſufficienter cum ad aptam ꝑme ueritatis eleuabi
tur apprehenſionem dictus intellectus ſeparat⁹ a car
ne.prefate aūt ueritati interim aſſentire:lʒ inſufficien
ter ex vnione ad corpus credere dr̄. Unde ⁊ cōſequē
ter videre potes qualiter fides intellectum captiuet
dum ipſe intellectus determinatur ad id quod credē
dum eſt.non ſm modum proprium ex inſpectiōe per
ſe noti uel eius quod ad per ſe notum reſoluitur: ſed
ſm ſolum uoluntatis imperium.quare in credēte ra-
tio intellectum nō determinat niſi uoluntate medīa-
te.his itaq; prelibatis iam ꝑpendere potes predicto
rum graduum diam. Actus enim credentis aſſenſuʒ
habet ſeu adheſionem firmam ad credita propter ue
ritatem primam ⁊ cogitationem ſimul ſiue inquiſitio
nem rationis non demonſtrātis quidem id qđ credit

Explicatio [...] actu intell[...] multiplici.

UVA. BHSC. IyR_143_4

ſed ad credendum inducentis:puta quoniā hoc deus
dixit ꝛ miraculis confirmauit.opinans autem habet
aſſenſum ſed imperfectū.plus enim vni adheret par
ti:lꝫ imperfecte ei aſſentiat ꝙ alteri/non enim intelle
ctus determinatur opinantis ex per ſe noto/uel alio
qͦ ad tale reſoluatur.ſed ex probabilibus tm̄.ad al-
teram contradictionis partem cogitationem inſuper
habet ſeu inquiſitionem rationis. Suſpicans autem
qui in alteram partez aliquo leui ſigno declinat ꝛ am
bigens qui per equalia media utranqꝫ ambit partem
ac dubitans rationis habens motum indeterminatū
ad partez utranqꝫ/ aſſenſu carent/ſola cogitatione cō
tenti/ꝛ ſic ꝛc̄.ut ſic ex dubitatione quis ad ambiguita
tem:ex ambiguitate vͦ ad ſuſpitionez/ex ſuſpitione
ad opionem/ex opinione autem ad fidem perueniat.
Sed auerte ulterius ꝙ intelligens habet aſſenſum.
cum intellectus ſit principiorū que quiſqꝫ probat au
dita/ſed cogitatione caret cum diſcurſum nō habeat
rationis.Sciens vͦ cogitationem habet inquiſitiuā
ꝛ conſequentem aſſenſum.ratio enim ad principiorū
intellectum reſoluendo perducit/ut ſic concluſioni aſ
ſentiat.ꝛ ex his committere potes ꝙ credens perfe-
ctam cognitionem non habet.cum ipſius intellectus
per aliquid per ſe notum uel per aliquid quod ad ta
le perducatur.non determinetur in quo tn̄ dubitante
ambigente ſuſpicante opinante conuenit.ſed aſſenſuz
habet perfectum ſeu adheſionem firmam ad partem
vnam ꝛ in hoc cum intelligente ꝛ ſciente habet con-
uenientiam.D.Primam meam dubitationem clare
An fides ipſa ſit certior ꝙ̄ ſcientia. reſeraſti.ſecundam queſo diſſoluas. nam ſcientis co-
gnitio certior eſſe videtur:cum perfectiorem eam fo
re conſtet.credentis enim notitiam imperfectaꝫ eſſe
pauloante dixiſti.P.Certitudinem nihil aliud eſſe ꝙ̄
intellectus determinationem ad vnum intelligas. tā
toqꝫ maiorem certitudinem fore quāto fortius eſt id
quod talem certitudinem facit.In principiorum au-
tem habitu hec determinatio ex agentis intellectus
lumine cauſatur ex eo ꝙ aliq̄d per ipſum lumen ſuffi-
cienter inſpicitur.nam lꝫ ex ſenſu principia prima di-
ſtinctionez accipiant.ex ſolo tamen predicto lumine
cognoſcuntur.At in ſcientie habitu predicta deter-
minatio ex concluſione efficitur ex hoc ꝙ ipſa in p̄n
cipia per ſe viſa rationis actu reſoluitur. In fide vͦ
ex eo ꝙ intellectui imperat uoluntas, ut ipſe firmi-
ter ipſi inhereat:qͦ creditur.Voluntas itaqꝫ intelle
ctū determinat/ credēdis faciens firmiter inherere.
at deus ſeu ueritas p̄ria in ſcripturis loquens/aut cor
da mouēs uoluntatem inclinat ut humane imperet
menti credendis firmiter adherere. Attende igitur
cum ueritatem primam certiorem eſſe conſtet/qua in
heretur credendis ꝙ̄ lumen intellectus agentis.quo
prima inſpiciuntur principia ꝛ ꝙ̄ rationem humanā
qua concluſiones in principia reſoluuntur.perſpicuū
eſt fidem maiorem habere certitudinem aut firmita
tem ꝙ̄ principiorum habitum uel ſcientiam.lꝫ horuꝫ
certitudo ex eorꝫ que circa rem ſunt ſit euidentia. fi-
dei autem certitudo ex ipſa ſola adheſione ad ea que
creduntur conſtet.maiorem enim firmitatem ueritas
prima habet cui fides innititur ꝙ̄ intellectus agentis
lumen cui innititur principiorum habitus aut ipſa ra
tio humana per quā in p̄ncipia concluſiones reducū
tur:ſuper quam concluſionum fundatur ſcientia. Ni-
hilominus ulterius attende ex his que audiſti quoni
am ea que fidei ſunt imperfecte tamen cognoſcūtur.
lꝫ non ignorentur omnino.ꝛ ſi maiorem habeāt cer-
titudinem.nam ut perfecta ſit intellectualis cognitio
oportet ut cognitum intellectui proponatur.ꝛ ut ipſi
cognito adhereat intellectus.ꝛ tandeꝫ ut intellectus
cognitum videat.que igitur fidei ſunt intellectu qui
dem proponuntur humano.non autem in ſeipſis ſic
enim in patria videntur:ſed ſub quibuſdam uerbis
quorum ſigno ad credendoruꝫ ſiue eorum que fidei
ſubſunt expreſſionem non ſufficit. Unde ꝛ apoſtoli-
ca theoria docet hominem in carne exiſtentē per ſpe
culum ꝛ in enigmate videre.carne autem poſita facie
ad faciem a viatore itaqꝫ credenda non videntur eis
tamē intellectus aſſentit ꝛ firmiter adheret ut ſupra
dixi ex imperio uoluntatis a ueritate prima inclinan
te.Unde ex dictis liquet ꝛ imperfectio cognitiōis in
fide ꝛ firmitas adheſionis.D.In fide quatuor ex di Quatuor in fide ſūt q̄tuor ꝛ ex q̄-tuor dicit eē.
ctis a te auerto.illud videlicet qͦ creditur/ꝛ ueritatē
primam inducentem uoluntatem hominis ad creden
dum:ꝛ uoluntatem ipſam imperantem intellectui:ꝛ
ipſum intellectum exequentem uoluntatis imperiuꝫ.
P.Recte collegiſti:ac ulterius inſpice quoniā fides
lꝫ habitus ſit infuſus:tamen ꝙ̄tum ad ipſius actū qui
in homine eſt ex quatuor dicitur eſſe.ꝙ̄tum enim ad
ipſum qͦ creditur ex auditu dicitur eſſe:credendorꝫ
enim determinatio in homine eſt per locutionem in
teriorem qua deus menti loquitur uel per exteriorē
qua predicator erudit.ꝙ̄tum vͦ ad primam ueritatē
que uoluntatem hominis ad credendum inducit.ex
viſione alicuius qͦ oſtendit deum eſſe in eo loquen-
tem qui fidem annūciat eſſe dicitur.ſed ꝙ̄tum ad uo-
luntatis imperium ex uolūtate fides eſt.ꝙ̄tum vͦ ad
intellectus executionē actum fidei in intellectu eē cō
ſtat.D.Quomodo qͦ creditur ex auditu poteſt eſſe
cum diuus dionyſius dicat fidem circa ſimplicem ꝛ 7º liº de diuinis noībus
ſemper exiſtentem ueritatem fore:P.Fidei ꝛ cuiuſli
bet cognoſcitiui habitus obiectum id qͦ formale eſt
continere ꝛ id qͦ materiale intelligas.ꝛ id qͦ mate-
riale eſt:eſt id qͦ cognoſcitur.id auteꝫ quod formale
quo cognoſcitur ſicut in obiecto viſus videre potes.
in colore enim quod materiale eſt in ſuperficie exn̄s
color eſt:idqꝫ eſt qͦ videtur.formale autem lumē eſt
idqꝫ quo videtur color.ſic ꝛ in habitu principiorum
diſticta acceptio terminorꝫ que ſenſu accipitur eſt id
qͦ materiale eſt:ꝛ qͦ intelligitur.intellectus vͦ agē
tis lumen id eſt qͦ formale eſt.ꝛ quo principia intelli
guntur.ſic etiam ꝛ in ſcientie habitu id qͦ materiale
eſt:eſt ipſa concluſio ꝛ eſt id qͦ cognoſcitur.qͦ auteꝫ
formale eſt:eſt ipſum medium quo concluſio intelligi
tur.ſic etiam ꝛ in fide id qͦ materiale eſt:eſt ip̄m cre
ditum ſiue quid creatum ſit ſiue quid increatuꝫ qͦ a
fidelibus creditur ꝛ ei adheret ſine aduerſe formidi
ne partis.quod auteꝫ in fidei obiecto formale eſt:eſt
ipſa prima ueritas que medium eſt quo credēdis aſ-
ſentitur.qͦ igitur in fidei obiecto formale eſt:eſt ipſa
prima ſimplex ꝛ ſemper exn̄s ueritas.qͦ aūt mālē eſt
cōplexum eſt ꝛ eſt id qͦ auditur.humani enim intel-
lectus ꝓprium eſt cōponendo ꝛ diuidēdo ueritatem
accipere.ꝛ ideo ea que ſimplicia ſunt ſm̄ cōplexionē
quādam accipit.ſicut diuinus intell's que cōplexa ſūt
incōplexe accipit.id etiaꝫ qͦ mālē eſt in fidei obiecto
ſm̄ ſe ꝯſideratum eſt incōplexum.res enim ipſa eſt de
qua fides hētur.ꝯſideratū aūt ſm̄ ꝙ a credēte accipi
tur ſic enim audit.cōplexum eſt ꝯtinens ſb̄m ꝛ p̄dica
tum qͦ ꝛ articulus dr̄.D.Videt̄ ex his ꝯſequi articu An articulus ſit q̄d enūciabile.
lum q̄d enunciabile fore.cum complexuꝫ q̄d ſit ſb̄m
hn̄s ꝛ p̄dicatum.P.Fateor articulum quid comple-
xum fore:ut pauloante dixi ſb̄m continens ꝛ predi-
catum ordinatum q̄dem ad oē tempus. qͦ quidem

UVA. BHSC. IyR_143_4

complexuꝫ qđ articulum dico cum ab homine ſigñr
actus anime ſignificantis ipſi complexo accidentale
quoddam: notam videlicet compōnis apponit. cuius
quidem cōpoſitionis eſſentialiter eſt certa temporis
dĩa. Illud ergo cōplexuꝫ prout ab hoie ſignificatum
eſt de eius eſſentia tpis eſt dĩa enunciabile dĩ. Ideoq̄
cōplexum non ut ab hoie ſignificatuꝫ ſine nota. vide
licet compōnis ac temporis dĩa eſſentialiter articu-
lus eſt enūciabile itaq̄ articulus nō eſt, nec temporis
dĩa de eſſentia eſt articuli. lꝫ de enunciabil. ſit eſſen-
tia. dicta tñ tpis dĩa q̄uis articulo accidētalis de ne-
ceſſitate ſalutis, poſtq̄ ex predicatione ipſam conſtat
determinatam eſſe. Ideoq̄ paſſio ⁊ alia hiꝰ ut prete
rita ſunt credenda. D. Que tam alta q̄ obſcura ſunt
mihi plana feciſti. ſed de ipſis articulis qui obta ſunt
fidei doctrinā a te expecto pleniorem. P. Ut de arti
culis notitiam hēas, attēde ꝙ ſicut in ſcia que per ra
tionem hētur nālē ſe hñt pncipia per ſe nota. ſic qui-
dem in fidei doctrina ſe hñt fidei articuli. ⁊ in princi-
pijs quidem per ſe notis quidam inuenit ordo ut pn
cipia quedam in alijs pncipijs contineant implicite.
quēadmodum ⁊ in cōclonibus cōtingit quaruꝫ prior
in ſequenti includit ⁊ cōclo poſterior ad priorem ac
principium poſterius ad prius reducit. nam ſicut ad
primum pncipia oia reducunt ad hoc videlicet ipoſ
ſibile eſt ſimul affirmare ⁊ negare. ſic ⁊ oēs articuli in
primis duobus credibilibꝰ iplicite ꝯtinent. puta. ſ. ꝙ
credatur deus eſſe ⁊ ꝓuidentiam hīe circa hoium ſa
lutem. ut diuinus teſtat apoſtolus. Accedētē inqt ad
deum opꝫ credere qꝛ eſt. ⁊ ꝙ inquirētibus ſe remune
rator ſit. In eſſe aūt diuino includunt oia que eterna
liter in deo exiſtere credimus in quibus nr̃a conſiſtit
beatitudo. at in ꝓuidentie fide oia includuntur que a
deo temporaliter ad hoium ſalutem diſpenſant. que
ad beatitudinem ipſam viaꝫ eē noſcunt. ſic etiā ⁊ alio
rum ſubſequentiū articuloꝝ quidā in alijs cōtinent.
nam in redēptionis humane fide incarnatio dei paſſi
ua cōceptio ac etiam paſſio. ⁊ alia hiꝰ implicite conti
netur. ut ad pmam itaq̄ articuloꝝ reuertar radiceꝫ
illa ad fidei articulos pertinere dico, quoꝝ viſione in
eterna vita ꝑfruemur, que in eſſe diuino incluſa eē di
xi. ⁊ per que in eandem ducemur vitā, que ad dei pro
uidentiā reducta fore oſtēdi. duo igit ſunt de quibus
articuli expſſi ſunt deitatis chriſti. ſ. myſteriū ⁊ huma
nitatis eius ſacr̃m. in quoꝝ cōtemplatione vita conſi
ſtit beata. ſit enim theologie fons. hec eſt vita eterna
ut cognoſcāt te ſolum uerum deuꝫ ⁊ quē miſiſti ieſuꝫ
chriſtuꝫ. Articuloꝝ itaq̄ alij ad diuinitatis myſteri
um. alij ad humanitatis ſacr̃m ſpectant. ſed circa diui
nitatis myſterium credenda occurrūt eſſentie diuine
vnitas ⁊ ꝑſonarū trinitas. deitatiſq̄ opa propria. cir
ca que diſtinguunt diuinitatis articuli. circa humani-
tatis ſacramentum, ſic etiam alij ſunt expreſſi articuli.
D. Hec utilia ſunt ⁊ ideo ea clarius aperi. P. Articu
los tibi ⁊ errores qui elidunt circa eos exiſtentes ex
plicabo. alij articulos duodecim, alij quatuordeci eē
dicunt. Qui duodecim eos eſſe putāt. Primuꝫ de di
uine eſſentie vnitate ponunt. credenduꝫ eſt enim deū
vnū eſſe iuxta illud. Audi iſrael dñs deus tuus vnuſ
eſt. quēlibet aūt articulū exprimendo a quolibet pro
prios elidam errores. ut breuiori expediant ſermo-
ne. Hic auteꝫ articulus errorem gentiliū excludit qui
plures poſuerūt deos. ⁊ aliuꝫ manicheoꝝ duo fingē
tium principia. vnum boni. alterumq̄ mali. quos dā-
nat dei ſententia per prophetaꝫ expreſſa. Ego inquit
dominus. ⁊ non eſt alter deus formans lucem ⁊ cre-
ans tenebras. faciens pacem ⁊ creans malum. maluſ
autem dicitur pene que ordinat culpe malum. Item
alium atropomorphitarum qui lꝫ vnum credant de-
um ipſum tamen corporeum. ⁊ ad humani corporis
modum formatum. quos theologus impugnat euan
geliſta. Spiritus inquit eſt deus. ſic ⁊ aliū epicuroruꝫ
negantium deum de humanis rebus ſcientiā aut pro
uidentiam habere. hos autem diuinus elidit petrus.
Oēm inquit ſollicitudinem ueſtrā ꝓijcientes in eum.
quoniam ipſi cura eſt de uobis. Sic etiā alium philo
ſophorum qui dei omnipotentiam inficiantur. dū ſo-
lum ea que nāliter fiūt ipſum poſſe credunt, quos ſen
tētia damnat prophetica. Omnia inquit quecūq̄ uo
luit deus fecit. Predicti autē oēs errores uel diuine
eſſentie uel eius derogant perfectioni. ideoq̄ ſancta
canit eccleſia. Credo in vnum deum patrem oipoten
tem. ¶ D. De ſecūdo proſequere articulo. P. Scđs
ſymboli articulus eſt de ꝑſonarum trinitate ſm theo
logum. tres inquit ſunt qui teſtimonium dant in celo.
pater ⁊ filius ⁊ ſpiritus ſanctus. ⁊ hi tres vnum ſunt.
hūc autem articulum impugnauit ſabelliuſ. eſſentiaꝫ
ponens in diuinis vnā trinitatem negans ꝑſonarum.
perſonam inquiens vnam, qñq̄ patrem, quandoq̄ fi
lium, quandoq̄ ſpiritum ſanctum dici. Arrius etiam
eidem contradixit. tres ponens ꝑſonas vnitatem eſ-
ſentie inficians. filium enim alterius eſſe ſubſtātie di
xit a patre ⁊ creaturam fore. patreq̄ minoreꝫ nō coe
qualem nec coeternū eſſe incipientem poſtq̄ nō fuit.
hos autem ambos diuina ꝯfutat ſapientia inquiens.
Ego ⁊ pr̄ vnū ſumuſ. Uñ egregius doctor dixit Au-
guſtinus. qđ dicit vnū. liberat te ab arrio. qđ dicit. ſu
mus. pluraliter liberat te a ſabellio. Eunomiꝰ hoſtis
fuit eiuſdem articuli, filium ponens patri diſſimilem,
cui diuinus obuiat aplus de filio inquiens. Qui eſt
imago inuiſibilis dei. Sic ⁊ macedonius ſpiritū ſan-
ctum creaturam eſſe aſſerens. contra queꝫ apoſtoluſ
inſtruit dicens. Dñs autem ſpirituſ eſt. greci etiā hūc
impugnant articulum dicentes ſpiritum ſanctuꝫ a pa
tre non a filio procedere, quos eorum magiſter con-
fundit euangeliſta dicens. Paraclitus autem ſpirituſ
ſanctus quem mittet pater in nomine meo. i. quē mit
tit pater tanq̄ ſpiritum filij ⁊ a filio procedentem. ⁊ fi
lius dixit ille me clarificabit qꝛ de meo accipiet. con-
tra hos omnes errores dicitur in ſymbolo. Credo in
deum patrem. ⁊ in filium eius. Genitum non factum
conſubſtantiale patri. ⁊ in ſpiritum ſanctum dñm vi-
uificantem, qui ex patre filioq̄ procedit. D. Ad con-
textū tue doctrine ſuſpēſus ſum. ¶ P. Tertius ⁊ qr
tus quintus ⁊ ſextus articuli de effectu diuine datur
virtutis. Tertius itaq̄ de rerum exiſtit creatione. ſꝫ
illud. Dixit ⁊ facta ſunt. huic articulo primo ꝯtrariꝰ
fuit Democritus ac epicurus dicentes ꝙ nec mundi
mā a deo fuerit nec ipſa mundi cōpoſitio. ſed ꝙ mun
dus ipſe caſu ſit factus per indiuiſibiliū corporuꝫ cō
curſum que rerum pncipia extimabant. contra quos
ſcriptum eſt. Uerbo dñi celi firmati ſunt. Uerbo in-
quit. i. ſm rationem eternam non a caſu. Eidem con-
tradixerunt articulo Plato ⁊ Anaxagoras. mūdum
a deo factum ponentes, ſed ex materia quidem preia
centi. qbꝰ obuiat illud dauid. Mādauit ⁊ creata ſūt. i.
ex nullo ꝓducta. Alius ariſtotelis error eſt circa idē
ponentis mundum a deo factum ſed ab eterno. queꝫ
diuina elidit auctas dicēs. In pncipio creauit deꝰ ce-
lum ⁊ terram. Alius autem manicheoꝝ qui deum vi
ſibilium creatorem aiunt. Uiſibilium auteꝫ diabolū
fuiſſe factorem, quos diuinus cōfutat apoſtolus. fide

Marginal notes:

De articulis fidei ⁊ errori hꝰ circa eos.

Scđs arti... pertinēs ... chꝛi diui...

De 4

Primꝰ ... dicēs ... de rerū ... tione ...

UVA. BHSC. IyR_143_4

inquit intelligimus. apta eſſe ſecula v̄bo dei: ut ex in-
uiſibilib⁹ viſibilia fierent. Alius v̄o ſimonis magi ac
menādri eius diſcipuli ⁊ eos ſequentium qui mundi
creationem nō deo: ſed angelis tribuerūt. hos autez
idez impugnat apoſtolus inquiēs. Deus qui fecit mū
dum ⁊ oīa que in eo ſunt hic celi ⁊ terre cum ſit dn̄s.
Aliȷ̄ etiā heretici p̄fato nō ꝯſentiūt articulo putātes
deū nō per ſeip̄m: ſed p q̄ſdā ptātes mundū guberna
re ſibi ſubiectas. hos aūt elidit antiquus dierū defen
ſor prouidentie ſanctus Job dicens. Quem cōſtituit
aliū ſup terrā aut quē poſuit ſup orbē quē fabricatus
eſt? nō enim uerū ꝯſonat platonis doctrina. qui pre-
dicti patriarcha fuit erroris. tres ſiquidē diſtinxit ꝓ-
uidentias. primā quidē dei ſūmi qui primo ⁊ p̄n̄r reb⁹
ꝓuidet ſpūalib⁹. ac toti ꝯn̄ter mundo quātuz ad ſpēs
⁊ cās uľes rerum. alteram aūt ſb̄az ſeparataꝝ celos
mouentiū quas ſingularib⁹ gn̄abilium ⁊ corruptibi-
lium ꝓuidere docuit. aliam v̄o demonū quos poſuit
plato medios inter ſb̄as ſeparatas quas deos uoca-
uit. ⁊ hoīes illoſq; dixit reb⁹ ꝓuidere humanis. Ua-
na itaq; platonis ſpeculatione excluſa tenendum eſt
deuz per ſeip̄m mundū regere qui per ſeip̄m ꝯdidit.
ꝓuiſaruz enim rerū ordinis in finem debitū rōnē pe
nes ſe retinuit. ⁊ nulli cōmiſit creature. lz dicti ordi-
nis executionē que gubernatio nuncupat̄ ſupioribus
crediderit creaturis. inferiora eni per ſupiora guber
nat deus. hos aūt oēs uocauit errores ſymbolus di-
cens. Factorē uel creatorē celi ⁊ terre viſibiliū oīum
⁊ inuiſibiliū. D. Queſtionib⁹ cedo ſalubri intētus do
ctrine. de reliquis ꝓſequere articulis. ¶ P. Quartū
accipe arti[m] ad effectuz ptinentē grē: p quē a deo vi
uificat̄ hō iuxta illō. Juſtificati gratis per grām. ſ. dei
ſub quo quidē articulo oīa cōprehēde eccľie ſacrā. ⁊
quecūq; ad eiuſdē eccľie vnitatē ſpectant. dona etiaz
ſpūs ſci ac hoīum iuſtitiā ſeu que ad hoīs ptinēt iuſti
ficationē. Hūc aūt p̄mo ipugnauerūt articulū cherin
thus ebion ac naçarei qui oēs putauerūt chri grāz ad
ſalutē nō ſufficere gn̄is humani. niſi circunciſio ⁊ alia
legis cuſtodiant̄ mādata. quos diuinus elidit paulus
inquiens. Arbitramur iuſtificari hoīem ſine opib⁹ le
gis. Deinde donatiſte qui chri grām in affrica ſolū re
manſiſſe dixerūt. nam tot⁹ ali⁹ mūdus celiano carta
ginēſi cōmunicabat ep̄o quē ipſi dānauerāt donatiſte
in hoc eccľie vnitatem negātes. ⁊ hos idem cōfundit
apľus inquiens. Jn chro ieſu nō eſt gētilis ⁊ iude⁹ cir
cunciſio ⁊ preputiuz barbarus ⁊ ſcita ſeruus ⁊ liber.
ſed oīa in oībus chriſtus. Eidem aduerſant̄ articulo
pelagiani qui primo originale peccatū in paruulis eē
negauerūt apľo ꝯtradicentes. qui ait ꝓpter vnuz ho
minem peccatū in mundū intrauit / deinde p̄n[m] boni
opis homini a ſemetipſo ineſſe ꝯſumationē v̄o a deo
dicunt ꝯtra apľi doctrinā qui ait. Deus eſt qui operat̄
in nobis uelle ⁊ perficere pro bona uolūtate grām q;
inſup hoībus ſm̄ merita ipſoꝝ dari affirmāt. contra
eiuſdez theologiā apľi. qui ait. Si aūt grā iaz non ex
operib⁹. alioquin grā iam nō eſt grā. Origenes etiam
prefato inimicat̄ articulo. oēs aīas ſimul cum angelis
creatas eē docēs. ac pro diuerſitate eoꝝ que ibi ege-
runt quoſdā hoīes a deo uocari per grām. quoſdaz in
errore relinqui. ab apľo ꝯuictus dicēte. Cuz nōdū na
ti eſſent aut aliquid boni uel mali egiſſent dictuz eſt.
q2 maior ſeruiet minori. Articulo eidem catafrige in
feſti ſunt mōtanus videlz ⁊ priſca ac maximilla / dicē-
tes ꝓph̄as quaſi areptitios nō per ſpūm ſcm̄ locutos
fuiſſe. ſed hos reprobat apľoꝝ uertex. ſic eni ait. Nō
enim uolūtate humana allata eſt aliqn̄ ꝓphia. ſed ſpū
ſancto locuti ſunt ſancti dei hoīes. Cōtra eundē inſur
rexerunt Cerdoniani a cerdone dicti. qui dixit deum
legis ⁊ ꝓph̄aꝝ patrē chri nō eſſe nec bonū deuz: ſed
iuſtū. prem v̄o chri bonum. quos manichei ſecuti ſūt
reprobātes legez: ac duo ponētes principia. ꝯtra hos
ſcriptum eſt. Lex quidē ſancta eſt ⁊ mādatum iuſtum
⁊ bonum. Sic eidem detrahūt articulo qui ea que p-
fectionis ſunt de ſalutis neceſſitate aſſerūt eſſe. horū
enim quidā impudēter apľos ſe uocant dānātes eos
qui ꝯiugibus utuntur ac poſſident ꝓpria. quidaz v̄o
taciani dicti carnes abominant̄ ꝓmiſſionemq; de ſan
cti ſpūs aduētu in ipſis nō in apľis cōpletā fore aiūt.
Hoīeſq; ſaluādos cōtinue orare oportere euāgelice
nō bene intellecte innitētes ſn̄ie. Quidā v̄o paſſaloni
cite ſic uocati eo q̄ paſſalas grecuz in latinū uerſum
palus dicit̄. ⁊ nichos naſus: ſilētio tm̄ ſtudent ut na-
rib⁹ ſuis ac labijs digitum apponāt. Quidā inſup di
xerunt hoīem ſaluari nō poſſe niſi nudis ſemp ambu
let pedibus: nō intelligētes multa licita eſſe: nō tamē
expedientia. multaq; expediētia fore: nec tamen eoꝝ
contraria illicita eſſe viris ſanctis cenſenda. Sunt ⁊
horum cōtrarij dicētes perfectionis opera nō prefe-
renda eſſe cōmuni fidelium vite. Jouinianus eniz vir
ginitatem cōnubio nō pretulit. ⁊ vigilātius. diuitiaꝝ
ſtatum ſtatui paupertatis ꝓpter chriſtū aſſumpto eq̄
uit. ⁊ tales etiam predictū impugnant articulum. Si
cut ⁊ alij qui liberum negāt arbitrium ut dogmatiçā
tes que ſunt male creationis animas non peccare nō
poſſe. Et ſicut priſcilianiſte ac manichei hoīes fatali-
bus ſtellis ſupponētes adeo ut eoꝝ opera aſtroꝝ ne
ceſſitati ſubiecta eē docuerint. quos ꝓphetica redar
guēs ſentētia dicit. A ſignis celi nolite timere que gē
tes timent. Alij etiam circa idem errant dicētes. ho-
mines dei grām habētes ⁊ charitatē peccare nō poſ
ſe: aſſerentes eos qui aliquādo peccauerūt nunq̄ cha
ritatem habuiſſe. nō attendētes illud qd̄ cuidam di-
ctum eſt. Charitatē tuaz primā reliquiſti memor eſto
vnde excideris. Poſtremi qui rebelles p̄fato ſunt ar
ticulo eccľie contēnunt ſtatuta. ueluti arriani dicēteſ
ieiunia nō fore ſolēniter celebrāda. ſed pro libito ie-
iunandum: ne ſub lege ieiunans eſſe videatur. ⁊ ſicut
q̄rto decumani docentes decimaquarta luna paſcha
celebrādum fore quacūq; occurrerit die. contra hos
aūt omnes errores in ſymbolo dicit̄ apoſtolico. Sā
ctam eccľiam catholicam. Sanctoꝝ cōmunionē pec
catorum remiſſionē. ſed in patrū ſymbolo. Qui locu
tus eſt per ꝓphetas. ⁊ vnam ſanctā catholicā ⁊ apo-
ſtolicam eccleſiā. Confiteor vnum baptiſma in remiſ
ſionē pctōꝝ. ¶ D. Jaz de quinto ediſſere. P. Quin
tus articulus reſurrectionē continet mortuoꝝ iuxta
apoſtoli ſentētiaz. Oēs inquit reſurgemus. cōtra hūc
primus inſurrexit Ualētinus carnis inficiās reſurre
ctionem. qui erroris ſui multos habuit ſectatores ab
apľo conuictos. Si chriſtus inquit predicat̄ q̄ reſur-
rexit a mortuis quomō quidaz dicūt in uobis qm̄ re
ſurrectio mortuoꝝ nō eſt? Sic ⁊ imeneus ⁊ philetus
ab apoſtolo redarguti a ueritate inquit exciderūt di
centes reſurrectionem iam factā. hoc eſt uel reſurre-
ctionem nō fatebant̄ niſi ſpūalem. uel nō alios reſur-
recturos niſi eos qui cum chriſto reſurrexerūt. Alij
etiaz eidem rebellāt articulo nouiſſimi heretici reſur
rectionem futuram dicētes. nō tamē corpoꝝ corūdē
ſed celeſtium ab animab⁹ reſumptoꝝ: quos apľica cō
uincit ueritas. Oportet inquit corruptibile hoc indu
ere incorruptelā. Accedit ad hos hoſtis Eutic⁹ pri-
archa ꝯſtātinopolitanus ponēs hūana corpa aeri ul

De 4° artic[lo]

De 5° artic[o] q̄ ē mortuoꝝ reſurrectio

UVA. BHSC. IyR_143_4

uento futura ſimilia in reſurrectione.quez ueritas re probat ꝑma inquiens diſcipulis palpate ⁊ videte.reformabit eni corpus humilitatis humane ↄfiguratuz corpori ſue claritatiſ:prefatiſ applicatur errantibus. Alij corpora humana in reſurrectione in ſpirituz uertētes quos eadē ꝑma conuicit ueritas inquiēs.ſpūs carnē ⁊ oſſa nō habet. Cherinthus ꝑdictis annumeratur annos fabulās mille futuroſ poſt reſurrectionē in regno terreno in quibus hoies uentris ⁊ libidinis carnales habebūt uoluptates.cum tñ ſcriptum ſit in reſurrectione.neq̧ nubent neq̧ nubent.dixerunt etiam quidam qm̃ poſt reſurrectionem in eodem ſtatu manebit mundus in quo nūc cum cōtradicētes theologo/qui ait.Uidi celum nouum ⁊ terram nouam. ⁊ alius inq̄t.ipſa creatura liberat a ſeruitute corruptionis.cōtra hoſ itaq̧ dicit errores ſymbolum inquieſ. Carnis reſurrectionē.⁊ in alio dicit ſymbolo. Expecto reſurrectionē mortuoꝝ. ¶ Sext⁹ aūt articulus ad ultimum ꝑtinet deitatis effectuz.qui remuneratio eſt bonoꝝ ac maloꝝ punitio.hunc aūt primus impugnauit arabs.putans aiam cuz corpore mori.uel poſt modicum interuallum.ut çeno dixit.ſed hi apoſtolica ↄuincunt ſnia.que ait.deſiderium habens diſſolui ⁊ cum chriſto eſſe.⁊ alibi ſcriptum eſt.Uidi ſub altare dei aias interfectoꝝ. Sic ⁊ origenes ponēs demones ⁊ hoies dānatos iterum purgari poſſe ⁊ ad gloriam redire.ac angelos ⁊ hoies beatos iteruz ad mala deduci poſſe.cōtra illud qđ ſcriptuz eſt.ibunt hi in ſupplicium eternum.hi vō in vitam eternam. Eidem rebelles fuerūt articulo dicentes.oia bonoꝝ premia ⁊ oēs maloꝝ penas equales eſſe futuras.cōtra apoſtolum qui ait. Stella differt a ſtella in claritate.ſic erit ⁊ reſurrectio mortuorum.ac contra illud qđ ſcriptū eſt. Tyro ⁊ ſydoni remiſſius erit in die iudicij q̄ꝫ uobis. Sic ⁊ alij dicentes.malorum aias non ſtatim poſt mortem ad inferna deſcendere.nec ſanctoꝝ animas ante iudicij diem paradiſum intrare.cum tñ ſcriptū ſit. Mortuus eſt diues ⁊ ſepultus eſt in inferno. ⁊ alibi etiā dicat. Si terreſtris domus noſtra hi⁹ habitationis diſſoluat domum habemus non manufactam eternam in celis. Sic ⁊ alij qui docent purgatorium aiarum nō eſſe poſt mortē/earum videlicet que in charitate decedūt quid hñt purgabile.quorum remouet opinionem apoſtolus inquiens. Siquis edificauit ſuper fundamentum videlicet fidei per dilectionem operātis lignum fenum ⁊ ſtipulā detrimentum patietur.ipſe tñ ſaluus erit.ſic tñ quaſi per ignez.ↄtra hos itaq̧ ſenſiz ſymbolo dictū eſt. Uitā eternā amē.

*De ſexto articulo qui ē de remuneratione bonorū ⁊ punitiōe malorum.*

D. Luculent ſex diſtixiſti deitatis articuloſ ⁊ erroreſ qui circa eos cōtingunt. Uerū qꝛ ſupra innuiſti/ſꝫ aliquos ipſos per ſeptēnarium diſtingui nūm ⁊ hoc aperias. P. Qui ſeptem eſſe dicūt articulos circa deitatis fidem primū de eſſentie ponunt vnitate.de perſona vō patris 2m.de ꝑſona filij tertium.de ꝑſona ſpiritus ſancti quartum.de effectu aūt creationis q̄ntum.de effectu iuſtificationis ſextum.ſeptimum vō de remunerationis effectu.in quo mortuorum reſurrectio ac vita cōprehenditur eterna. Et ſic dum predictorū ſex articuloꝝ ſcōs in tres diuiditur.q̄ntus vō ⁊ ſext⁹ in vnū cōiungunt. Septez fiūt articuli circa deitatis exꝑſſi fidē. D. Queſo ut articulos ad chriſti humanitatem ꝑtinentes diſtinguas.ut de tam utili mā plena habeat doctrina. P. Ut de precedentibus dictum eſt articulis.quidā ſex alij ſeptem eſſe ponunt articulos. Qui igitur ſex. Primū ponūt circa chriſti conceptionem ac natiuitatez articulum iuxta illud. Ecce virgo concipiet ⁊ pariet filium. Hunc aūt impugnant articulum qui chriſtum poſuere hoiem purum nō exiſtētez ſemper ſed a mā exordium ſumpſiſſe.hic autē carpocratis ⁊ cherinthi ebionis ⁊ pauli canoçetani ac fotini error eſſe cōuincit.quos apoſtolica ↄuincit doctrina inquiens.ex quibus chriſte ſm carnem ſuꝑ omnia deus benedictus amen.ſic ⁊ manichei eūdē ipugnāt. qui chriſtum nō uerum corpus ſed fantaſticū habuiſſe aſſerūt.quibus ↄdicit ueritas ipſa diſcipulos redarguenſ qui conturbati ⁊ perterriti exiſtimabāt ſe ſpiritum videre.⁊ alibi eundem vidētes ipſuz ſupra mare ambulantem turbati ſunt dicētes.qꝛ fantaſma eſt. ſed opinionem hāc falſam remouit ueritas dicēs.habete fiduciam.ego ſum nolite timere. Ab eodem ualentinus diſſentit articulo docēs chriſtum corpus attuliſſe celeſte nihilq̧ aſſumpſiſſe de virgie. ſed tanq̄ꝫ per riuum ſeu fiſtulā per illam tranſiſſe nulla aſſumpta carne ex ea.hūc apoſtolus cōuincit inquiēs. Miſit deus filium ſuuz factū ex muliere. Acceſſit ⁊ apollinaris eidem rebellis articulo dicēs aliq̄d. Uerbi in carnem cōuerſum aut tranſmutatum.nō aūt carnem de marie carne ſuſceptaz.ei qđ ſcriptum eſt innitens. Uerbum caro factum eſt.ſed ab eadem proſternitur ſcriptura dicēte.⁊ habitauit in nobis.nō enim in humana integre habitaſſet nā ſi in carnem uerbū fuiſſet conuerſum. Ideoq̧ accipe uerbum factum carnez.i. hoiem.ut caro pro hoie ponatur.ſicut ⁊ illud ꝓpheticum. Uidebit oīs caro pariter qđ os dn̄i nominauit. Acceſſit ⁊ arrius hi⁹ inimicus ſymboli. chriſtum humanā aiam nō habuiſſe dogmatiçās ſed loco anime fuiſſe uerbū.contra quē uerbū ipꝫ ꝓteſtatur. Nemo inquit tollit aiam meam a me. Acceſſit iterum ⁊ apollinaris.aiaz in chriſto ponēs predicto ↄuictus teſtimonio.ſed nō intellectū humanū.cuiuſ loco uerbū eſſe putauit diuinū. cōuictus ⁊ in hoc errore ab ipſo uerbo dicēte.queritis me interficere hoiem.nō enim ſine aīa rōnali que intellectus humanus eſt homo eē pōt. Exinde eutices ueritatis hoſtis ſurrexit.nām in chriſto ponens vnā.ſed ex diuina ⁊ humana cōpoſitam quē apoſtolus duas in chriſto diſtinguēs nās cōfutat loquens de chriſto. Qui cū in forma dei eēt formam ſerui aſſumpſit.formā enim nām dixit. Deinde monetelicarū error inualuit in chriſto vnā oꝑationez ſciam ⁊ uolūtatem ponentium.cum alia uoluntas ſit diuina cois patri ⁊ filio ⁊ alia humana.non ſicut ego inquit ueritas uolo ſed ſicut tu. Necnon ⁊ neſtorius hūc ipugnat articulum.qui chriſtum ponēs deuz ꝑfectum ac hoiem ꝑfectum.tñ aliam ꝑſonam dei dixit.⁊ aliam hois.nec vnionem dei ⁊ hois factā eſſe in vna chriſti ꝑſona ſed ſolum in hitationem grē.hincq̧ negat virginē beatam matrē eē dei ſed hois chriſti tm̃. qđ ſanctum cōfutat euāgelium dicēs.qđ ex te naſcet ſanctū uocabit filius dei. Error carpocratis eidē inimicatur articulo dicētis hoiem chriſtuz ex utroq̧ natum parēte.cōtra id qđ ſcriptū eſt. Anteq̄ꝫ cōuenirēt inuēta eſt in utero habēs. Sic ⁊ eluidius in prefatuz ſurrexit articulum dicēs beatam virginē poſt chriſti partum plures ex ioſeph filios ſuſcepiſſe ſnie contradicens ꝓphetice dicēti.porta hec clauſa erit nō aperietur ⁊ vir nō trāſibit per eam.qm̄ dn̄s deuſ iſrael ingreſſus eſt.cōtra oēs aūt hos errores ſymbolum dicit aplicum. Qui cōceptuſ eſt de ſpū ſancto.natus eſt ex maria virgie.⁊ aliud patrū. Qui ꝓpter nos hoies ⁊ ꝓpter nr̄am ſalutem deſcendit de celis.⁊ incarnatus eſt de ſpiritu ſancto ex maria virgine ⁊ homo factus eſt. D. In hac re magis op⁹ eſt cū textu doctri

*De articulis ꝑtinētib⁹ ad chriſti humanitatem.*

UVA. BHSC. IyR_143_4

ne ꝙ obuiatiōe qōnis ut incepiſti ꝓſequē. P. ¶ Se
cundum articulū accipe de paſſione xpī ac morte: cui
manichei detrahūt. nam ſic corpus xpī fantaſticū eē
aſſerunt. ſic ⁊ chri paſſionē nō ueram eē: ſed fantaſti-
cam arbitrant. cōtra ꝓphe doctrinā dicētis. Uere lā
gores nr̄os ipſe tulit. Eidē etiā galani detrahit error
in chrō vnam ponēs nām incorporalē q̄dē ⁊ imorta
lez. ſed hūc petrus remouet errorē dicens. Chriſtus
ſemel pro pctis nr̄is mortuus eſt. ꝯtra hos aūt erro-
res dicit ſymbolū. Crucifixus mortuus eſt ⁊ ſepult⁹.

*Scds ar^{ti}ꝑ-tinēs ad chri humanitatē.*

¶ Tertiū deinde hēs articulū de chri reſurrectiōe.
ſicut ipſe de ſe loquēs de filio hois dicit. 3ª die reſur-
get. hūc autē nō ſuſcepit Cherinthus arti^m chriſtum
aſſerens nō reſurrexiſſe: ſed eē reſurrecturū. ꝯ aplm
loquēs qui ait. Reſurrexit 3ª die ſm ſcripturas. Nec
origenes ut ei iponit qui chriſtū putauit pro demonū
ſalute iterū paſſurū ꝯtra p̄fatuz ſentiēs aplm qui ait
Chriſtus reſurgēs a mortuis iam nō morit. ꝯtra hos
aūt errores docet ſymboluz. Tertia die reſurrexit a
mortuis. ¶ Quartū v̄o de deſcēſu ad iferos hēs ar
ticulū. corpore eni chri in ſepulchro latēte credēduz
eſt eius aiam ad inferos deſcēdiſſe ut diuinus docet
apl's. Deſcēdit inquit p̄^m in iferiores ꝑtes terre. Hūc
aūt quidā oppugnauerūt arti^m ponētes chrm non ꝑ
ſeipm ad inferos deſcēdiſſe. ꝯtra petrū ſentiētes qui
ait chrm nō derelictū in iferno eē. ꝯtra hos itaqꝫ dic
ſymbolū. Deſcēdit ad iferos. ¶ Quintū aūt de chri
in celū aſcēſione accipe: ut ip̄e de ſeipſo dicit. Aſcēdo
ad p̄rem meū ⁊ p̄rez ur̄m. Sed hūc ſelētiani ipugnāt
negantes ſaluatorē in carne ſedere ad dexterā dei pa
tris. carnēqꝫ exutā in ſole poſuiſſe chrz autumantes.
ſed hos ꝯfutat euāgeliū dicēs. Dn̄s q̄dez ieſus poſtꝗ̄
locutus eſt eis aſſūpt⁹ eſt in celū. Ideoqꝫ in ſymbolo
dictū eſt. Aſcendit in celū ſedet ad dexteraz dei p̄ris.
¶ Sext⁹ v̄o articulus de aduētu ē ad iudiciū: ut ipſe
dn̄s de ſe ait. Cū uenerit fili⁹ hois i maieſtate ſua. ⁊ de
eodē petr⁹ dicit. Hic eſt qui ꝯſtitutus eſt a deo iudex
viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ. bonoꝝ videlz ⁊ maloꝝ. aut eoꝝ
qui iam mortu ſunt. ⁊ eoꝝ qui in chri aduētu reperiē
tur viui. Impugnant aūt hūc illi de quib⁹ petrus di-
cit. Uenient in nouiſſimis diebus in deceptionē illuſo
res iuxta ꝓprias ꝯcupiſcētias ambulantes ⁊ dicētes
ubi eſt nūc ꝓmiſſio aut aduētus eius. hos v̄o ſcriptu
ra ꝯuicit dicēs. Fugite a facie gladij. qm̄ ultor iniq̄ta-
tis eſt gladius. ⁊ ſcitote eē iudiciū. ⁊ ex hoc in ſymbo
lo di. Inde uēturus iudicare viuos ⁊ mortuos. Qui
aūt. 7. de chri humanitate credūt eſſe articulos: vnū
ex dictis in duos diuidūt. ꝯceptionē eni dicunt ⁊ nati
uitatem chri duos eē articulos. D. Cur alij. 6. alij. 7.
poſuerūt articulos? P. Obiectum fidei nō viſuz eſſe
cōſtat. de nō apparentib⁹ enim fides eſt. q̄bus ex ſola
uolūtatis electiōe a ueritate increata iclinate intell's
aſſentit ut ſupra tactū eſt. nō nota aūt ab eo qd̄ per ſe
ip̄m cognitū eſt. ut in primis patet principijs. quoꝝ i-
tell's eſt uel per aliud ut in ꝯnibus notū eſt quaruz eſt
ſcia. Ubi ergo aliq̄d non viſuz ſpāli rōne occurrit ibi
ſpālis eſt articulus. Ubi v̄o ſm rōnem eandē plura
cognita ſunt uł incognita ibi articuli diſtinguēdi non
ſunt. aliā ſiquidē hēt difficultatē ad vidēdū ꝙ paſſus
ſit deus. ⁊ aliam ꝙ mortuus reſurrexit. ideoqꝫ ⁊ arti
culi ſunt diuerſi. ꝙ aūt paſſus mortuus ⁊ ſepult⁹ ean-
dem difficultatē hēt. altero enim hoꝝ ſuſcepto diffi-
cile nō eſt alia ſuſcipere. Ideoqꝫ oia hec ad vnuz ſpe-
ctant articulū. ſic ergo vnomō conceptio ⁊ natiuitas
ſub vno cōprehendunt articulo. ut videlz illa duo or
dinant ad vnum. Alio v̄o mō ſub diuerſis cuz ibi di-

*3ᵘˢ arᵗⁱ ꝑtinēs ad chriſti humanitatem.*

